Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



In illo tp: Ascendente ihu in nauicula: secuti s eu discipuli ei. Et
ecce motus magnus factus est in mari: ita ut nauicula operiretur fluctibus.
Ipse uero dormiebat. Et accesserunt: et suscitauerunt eum dicentes.
Domine saluum nos fac. Et dicit eis. Quid timidi estis modice fidei.
Tunc surgens imperauit uentis et mari: et facta est tranquillitas
magna. Porro homines mirati s dicentes. Qualis est
hic: qm uenti et mare obediunt ei. Dom. iiii. Ad Colosen.

Fratres: Induite uos sicut electi dei sancti et dilecti uiscera misericordie
benignitatem. humilitatem. modestiam. patientiam: sustinentes inuicem et donantes uobis metipsis. si quis aduersus aliquem
habet querelam. sicut et dominus donauit uobis: ita et uos. Super omnia
hec caritatem habentes: quod est uinculum perfectionis. Et pax xpi exul
tet in cordibus uris: in qua et uocati estis in uno corpore. Et gratiarum es
tote. Verbum xpi habitet in uobis abundanter. In omni sapientia do
centes: et commonentes uos metipsos psalmis. ymnis. canti
cis spalibus: in gratia cantantes et psallentes in cordibus uris domino.
Omne quodcumque facitis in uerbo aut in opere omnia in nomine domini ihu:
gratias agentes deo et patri: per ihm xpm dnm nrm. Sp. Oratio.

In illo tp. Respondens ihs dixit. Confiteor tibi pater domine celi et terre
qui abscondisti hec a sapientibus et prudentibus: et reuelasti ea par
uulis. Ita pater: quoniam sic fuit placitum ante te. omnia mihi tradita sunt
a patre meo. Et nemo nouit filium nisi pater: neque patrem quis nouit nisi
filius et cui uoluerit filius reuelare. Venite ad me omnes qui laborati
et onerati estis: et ego reficiam uos. Tollite iugum meum super
uos: et discite a me quia mitis sum et humilis corde: et inuenietis
requiem animabus uris. Iugum enim meum suauе est et onus meum leue.

Fratres: Nescitis quod hii qui in stadio Do. i septuagesima. Ad Corint.
currunt omnes quidem currunt. sed unus accipit bracium: Sic cur
rite. ut comprehendatis. Omnis autem qui in agone contendit: abomnibus se ab
stinet. Et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant: nos
autem incorruptam. Ego igitur sic curro non quasi incertum: sic pugno